

crefcere afferit; at ibi non aliam ego iteratis vicibus crefcentem inveni, quam omnino Gnaphalium arenarium. Et qui vera Stœchas citrina anguftifolia C. B. (quæ noſtra eſt) diligentiffimum Pollichium in Palatinatu ad Rhenum effugere potuiſſet? Figura certe & Lobelii & Dodonæi, eadem utique eſt cum Cluſii Chryſocome I. vulgari Hiſt. pag. 326. Aperte vero Cluſius afferit, hanc eſſe plantam eam, quam vulgus Stœchadem citrinam appellat, cujus, cum multis Provinciis communis fit, figuram ſolummodo, non vero deſcriptionem, ſe daturum. Dat contra idem Cluſius citato loco, graphicam illico plantæ noſtræ deſcriptionem, abſque tamen figura, recenſendo Chryſocomes quasdam alias, quas ſive in Hiſpaniis Salmanticæ, ſive in Gallia Narbonenſi quondam obſervaverat, quasque inter prima eſt cubitalibus plerumque virgis.

CCCLIII.

VICIA OROBOIDES.

Vicia pedunculis multifloris, petiolo brevioribus; foliis ovato - lanceolatis, ſupra villoſis, duorum jugorum abſque impare; ſtipulis ovato - acutis.

Pluribus in montibus ſylvofiſ Carinthiæ, Carnioliciæque ab anno inde ſexageſimo ſecundo hujus ſæculi ſtirpem hanc inveni menſibus Majo Junioque florentem; ſcilicet in Ratsberg prope Gurniz; in Slvinza ad Zirchnizenſem lacum; in monte S. Jodoci prope Krainburgum. Nuperrimi non habent. Facie aliquantum cum Vicia ſepium L. convenit. Radix perennis, informe, craſſum, & breve velut tuber formans, ex quo multæ un-